

Christian Ohm    Gottlieb Hagen von

**De Pignorationibus Nec Non Arrestis Imperii Resolutiones Materiam Gravem, perplexam, nulliq[ue] utilitatis laude secundam exhibentes, per rationes lures communis, Pontificii, ac Imperialis illustratae, ac decisae/ Quas ... in florentiſ. Illuſtriſ. Principum Megapol. Academia Rostochiana, Praeside ... Dn. Christiano Ohm I. U. D. Publice proponit Gottlieb vom Hagen Nob. Megapol. Ad diem ... Decemb. Anno 1616.**

Rostochii: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730632377>

Druck    Freier  Zugang



L. Ohm (S. v. Hagen) / Vect.

R. U. in 1616.

16



*pinguis = 200*

22

ΣΤΥΝ ΘΕΩ,

D E

N O R A

O N I B U S

N E C N O N

E S T I S I M

P E R I I

S M A T E R I A M G R A V E M,

q̄ utilitatis laude secundam exhiben-  
tes Juris communis, Pontificij, ac  
alis illustratæ, ac decisæ,

*ante ampliss. facultate Juridica,*

*Præs. Principum Megapol. Academia  
Rostochiana,*

P R E S I D E

C L A R I S S. C O N S U L T I S S.


C R I S T I A N O D h m J. U. D.

Publicè proponit

*Ulrich vom Hagen*

Nob. Megapol.

*m 14 Decemb. Anno 1616.*



R O S T O C H I I

edit Ioachimus Pedanus.



*pignus = off*

22

ΣΤΝ ΘΕΩ,  
D E

PIGNORA  
TIONIBUS  
NEC NON  
ARRESTIS IM-  
PERII

RESOLUTIONES MATERIAM GRAVEM,  
perplexam, nulliq; utilitatis laude secundam exhiben-  
tes, per rationes Juris communis, Pontificij, ac  
Imperialis illustratæ, ac decisæ,

*Quas approbante ampliss. facultate Juridica,  
in florentiss. Illustriss. Principum Megapol. Academia  
Rostochiana,*

P R E S I D E  
VIRO CLARISS. CONSULTISS.


DN. CHRISTIANO Ohm J.U.D.

Publicè proponit

*Gottlieb vom Hagen*  
Nob. Megapol.

*Ad diem 14 Decemb. Anno 1616.*

ROSTOCHII  
Excudebat Ioachimus Pedanus.



ILLVSTRISSIMO AC  
CELISSIMO PRINCIPI AC  
DOMINO,

DN. ADOLPHO  
FRIDERICO,

DUCI MEGAPOLITANO, VANDALO-  
RUM PRINCIPI, SVERINI COMITI,  
ROSTOCHII, AC STARGARDIÆ  
DYNASTÆ

Principi, ac Domino meo,  
clementis.



*Irurum videatur, cum passim  
Politici, & imprimis Anton. de Gue-  
varra, Caroli V. Imperatoris, ac Philip-  
pi Hispaniarum Regis olim à puero, in  
profectam ætatem familiaris, præfat.  
ad Reg. de aul. & agr. unanimi co-  
hortatione circumspèctam, ac provi-  
dam cum Principe l. quendi, ac conver-  
di rationem suggerant, prudentiamq; in eò non minus, quam  
destiam requirant, quis me duxerit, atq; eò adegerit Genius*

ut :

ut alloquium ad te, Illustriss. Celsiss. Princeps, Domine clementissimae, audacter intenderem. Rationem quidem, cur id quispiam miretur, & in cavillandi ansam trabat, exinde colligo, quod omnium aulicorum, atq; adeo scientia, ac prudentia cum principe agendi destitutus videar. Sit sane, in aula non sim versatus, largior, quod requisita in me, te, Princeps celsiss., compellandi prudentia, utpote quae non nisi usu, & experientia comparatur, desideretur: Attamen nihil horum usq; adeo ponderandum duco, ut gressum ad Celsit. tuam directum, quasi metu obtusus, retraham, sed ejusmodi considerationes facile per Celsitud. tua laudatissimam, nulliq; incognitam clementiam, ac placabilitatem tanto principe dignam, absorbentur.

Quà fretus, ecce hoc donum chartaceum, exiguasq; pagellas Celsit. tuae humilimè subjectione devoveo. Disputent alij, perq; indefessas altercationes cum Anaxagora disceptent, utrum nix sit alba, an nigra? an vinum sit frigorificum? an febris quartana sit laudabilis? an caelum ex lapidibus constet, & aliquando collapsurum sit? mihi vero opera pretium censetur, non difficile habere nugae, sed illis vacare studijs, quae adolescentiam alant, senectutem oblectent, inq; utilitatem Reipubl. vergant. Etenim si *Φιλανθία*, si amor parentum, fratrum, propinquorum, mors deniq; ipsa, ac sanguis pro patria per ductum, ac directionem virtutum contemnitur, quanto magis reliquas actiones nostras, & operas in utilitatem publicam ad *JURIS, JUSTITIÆ*q; cultum convertemus, omne autem id, quod neq; scientibus prodest, nec ignorantibus nocet, a versabimur? Unde adductus, materiam hanc de Pignorationibus, nec non Arrestis Imperij ideò proponere volui, quod nec utiliore comminisci, nedum digniore ex universà studiorum meorum ratione Celsitudini meae consecrare posse arbitrarer. Gratum exinde, Princeps Illustriss., leviusense hoc munus Celsitudini tuae futurum, audaciamq; meam excusatum iri confido. Id quod humilimè contendo, & si impenetravero,




travero, quid alij sentiant videbo, malignorumq; sermones ad  
aves Aristophanis relegabo, quos venti diripiant ipsi, ac disse-  
rant. At clementissimas aures nimia, & profusa loquacitate  
defatigare mihi religio sit. Anxius igitur alij quarant, quorum  
tutelâ dilitescant, ego, submotâ spei ambiguitate, talem me inve-  
nisse Patrenum, de cujus nec voluntate, nec defendendi facultate  
ambigam, glorior. Vale Princeps Illustriss. Celsiss., quem,  
annuente S. S. TRIADE, diutissimè felicissimè vivere, ac  
gubernare ardentè precor, opto. Rostochij 14. Decemb.  
Anno 1616.

Celsitud. tuam

devotissimè

colens

Gottlieb vom Hagen  
Auth. Resp.



THESIS I.

**D**E utilisissima, ac frequentissima Pignorationum, nec non Arrestorum Imperij materiã breviter discursum instituturus, non alienum ducem, pauca de communibus, quibus conveniunt, præmittere, ne res infinito à se intervallo disita, stolidè quasi conjunctæ videantur, nisi eorum similitudinem, atq; affinitatem certis comparationibus jam ante demonstrasset excellentissimus. *Gail. de Arr. imp. obs. 2. in princ.*

2. Nos itaq; non actum acturi, sed ad rem ipsam & propositum properantes, primò de pignorationis constitutione *part. 2. ordin. cam. tit. 22.* promulgatã & passim in *Recessib. de anno 1566. Rec. 94. Rec. deput. de anno 1600 §. 39.* wetters ist. *cum seqq. & alibi.* repetitã, non ut methodus Logicorum exacta, sed ut rei patitur ratio videbimus.

3. Proinde ex allegatã constitutione pignorationem dicimus, quando status, vel Nobilis imperij per se vel per alium alterius status vel nobilis subditos, aut eorum bona mobilia ob contentiosam jurisdictionem vel possessionem alicujus juris, quod eo loci, ubi fit pignoriatio, prætenditur, capiti & pignori accipit, quando unus pro alio, & res unius pro re alterius apprehenditur, & sic unus pro alio gravatur. *Denais. jur. cam. cap. 183. §. 1. Frid. Mind. de proc. lib. 1. c. 34. n. 1.*

4. Unde pignoriatio nihil aliud est, quam turbatio possessionis, quando quis captis pignoribus jure suo uti prohibetur. *Gail. de pign. obs. 1. n. 7.*

5. Non vero omnis turbatio possessionis statim in pignorationem incidit. Ne igitur constitutioni nostræ fraus fiat, & beneficio primarum instantiarum, quod statibus ac Nobilibus imperij ex ordinationis præscripto deberetur, inique derogeretur, prætextuq; ejus omnes possessionum turbationes super interdico **RETINENDÆ** in primã instantiã, in fraudem der *Zustiräg/* callide potius ad *Cametam* trahantur, quam licite devolvantur, sex requisita ad fundandam hanc constitutionem, & extrahendos super eã processus, adponere operæ pretium ducò.

A

6. Pri-

*Del.*

6. Primo itaq; necessum est pignorantem, & pignorum, atq; adeo utramq; partem immediate subesse imperio ordin. cam. par. 2. tit. 22. ibi: Da etner dem Reich ohn mittel unterworfen.

7. Secundo, pignorantem, vel alium ejus jussu, assensu, aut rati habitione pignus abstulisse, pulcre Adrian Gylm. symph. tom. 2. vol. 17. & 18.

8. Tercio, idq; novi alicujus juris gratia (quod in supplicatione est specificandum). Const. Ratiob. anno 1594. S. wie wollen. Donais. jur. Cam. cap. 183. S. 17. in re aliena acquirendi esse factum, sol nicht simpliciter possessionis suæ turbationem narrari; vnd darauff in genere affirmari, das sein gegentheil durch solche turbation; vnd Pfandung ihm ein new Gerechtigkeit schöpffen wolle / sondern muß solch gesuch new jus außdrücklich benamen / sonst werden ihm auff vorbrachte narrata die begerte proces abgeschlagen. Ratio est, ut jus novum questum mandato specificè inseri, & pignorans contra illud suas defensiones eò plenius, ac certius instituere possit. Gylm. Symph. tom. 2. par. 1. vol. 20.

9. Quarto, rem aliam pro alia, & sic tertiam, atq; innocentem esse captam, quod alius pro alio gravetur: nam illa turbatio pignoratio dicitur.

10. Quinto, pignorum esse in possessione, & iniquè turbari.

11. Sexto, pignorationem ex causa civili, non ob delictum, & commissum maleficium esse factum. Frid. Mind. de proc. c. 34. n. 2. lib. 1. constitutio enim maleficia nuncupatim excipit, ibi: Allein Malefics sachen außgenommen.

12. Atque hæc requisita, uti dictum; ad obtinendos processus stricte requiruntur, quibus deficientibus, deficit quoq; Camerae jurisdictionio, utpote quæ ex eis fundatur.

13. Quod adeo procedit, ut cum constitutio plures recensitas qualitates requirat, non sufficiat unam, atq; alteram, sed omnes adimpletas probari, & recte deduci. Denais. jur. Cam. c. 182. S. 11. Mynsing. cent. 4. obs. 80. Schurff. cent. 2. cons. 12.

14. Approbata est enim theoricæ Joh. Andr. & innoc. in c. conquestus de for. comp. quod fundans se in libello super certa qualitate, si eam non probet, succumbere debeat, quia illa non probata non videatur factum illud in judicium deductum.

15. Unde

15. Unde si quis intentet actionem super constitutione pignorationis, & saltem probet turbatam possessionem, nihil agit, quia super non intentato non valent probationes, sed reus conventus, auctore in expensas condemnato, absolvitur. *Myns. cent. 3. obs. 98.*

16. Quibus præmissis, commodiori occasione ad ipsum constitutionis nostræ processum transgredimur, qui bipartitus est: MANDATI, & CITATIONIS.

17. MANDATI: in Camera mandata pœnalia sine clausula de facienda in continenti restitutione, vel relaxatione, sub solita cautione non ulciscendi, siq; rursus si sic indicatum fuerit sistendi impetrantur *ordin. part. 2. tit. 22. Denais. jur. Cam. cap. 183. §. 1. cap. 71. §. 3.* geschicht paritio auff gewöhnlich versprochen die Person wider zustellen/ oder (si rei pignoratæ restitutio injuncta) auff zusag des wider heraus gebens da solches hernach mit Recht erkand wurde/ vid. copiam mandati apud *Schwamm. lib. 2. proces. cam. cap. 18.*

18. CITATIONIS: citatur pignorator ad deducendum & allegandum causas pignorationis, de quo infra commodius.

19. Ex qua processus distinctione dubium illud dirimitur. An pignoratio cum fieri dicatur in rebus mobilibus, *l. 1. D. de pign. act. l. plebs §. pignus D. de verb. signif.* etiam in immobilibus committi possit?

20. Respondetur enim, quod quoad punctum mandati non possit, cum mandati processus ad personas, & res mobiles pertineat, quoad punctum Citationis omnino fieri queat, cum hujus processus ad interdictum RETINENDÆ spectet, & hoc etiam de immobilibus comparatum sit, *§. retinendæ. inst. de interd.*

21. Exinde tamen constitutio non pro re corporali tantum, utpote quæ propriè possideri dicitur, sed etiam incorporali competit.

22. Licet enim JURA, cæteraq; res incorporales propriè non possideantur *l. sequitur 4. §. si viam D. de usuc.* tamen earum nomine dantur interdicta quasi possessoria *l. fin. D. de servit.* & sæpe etiam simpliciter possideri dicuntur. *l. regulariter 9. l. quod si in diem 18. §. Iulianus D. de petit. hered. Frid. Mind. de proc. lib. 1. c. 35. n. 2.*

23. Cum igitur ad interdictum retinendæ propriè referatur, hoc autem non modo illi qui civiliter, sed & qui naturaliter possidet

Adet applicetur, quaritur de vasallo mediate imperio subiecto in re feudali fiat pignoratō, utrum possit hoc constitutionis beneficio uti, pignoratoremq; in prima instantiā in Camera convenire?

24. Attendendum hic, cujus ordinis homines, & à quibus conveniantur. Si enim tertij ordinis homines, atq; adeo mediatè, secundi ordinis Comites, Barones, &c. conveniant ad Camera, vigore *ordinat. part. 2. tit. 27.* patebit aditus.

25. Sin autem primi ordinis principem, Electorem, &c. velit convenire vasallus mediatu, vix putem ipsi hoc ex sua persona, sed unà cum Domino feudi directo, imperio immediate subiecto concedendum, ut ita Camerae jurisdictio ex Domini directi, qui & ipse hoc casu in possessione turbatus videtur *l. 1. §. 22. D. de vñ & vi arm.* persona, causaq; connexitate fundetur.

26. Id quod usufructuario mediate imperio subiecto quoq; applicandum puto, cum naturaliter possidere dicatur *l. naturaliter 12. D. de adq. vel. am. poss.* ita ut cum Domino immediato una super hac constitutione agere possit, ex jurib. ad th. præc. allegatis.

27. Cujus interdicti respectu non incongrue deciditur, an Capitulum, sive Ecclesie cathedralis collegium super hac constitutione rectè conveniatur?

28. Etsi regulariter non potest, propter defectum requisitæ qualitatis, cum non sit status imperij, nec foro imperij principaliter, sed suo Archiepiscopo, vel Episcopo immediate subiectum. *Gylman Symph. tom. 2. part. 2. vot. 5. n. 1. Guil. de pign. obs. 7. in peinc. id. lib. 1. obs. 30. per tot.*

29. Varij tamen nonnunquam incidunt casus in quibus ex circumstantijs Camerae jurisdictio fundatur, veluti si ex citatione constet Archiepiscopum, vel Episcopum à Capitulo fuisse requisitum, illumq; cum causa ipsum concerneret, eam ad Camera remisisse, cujus jurisdictio, mediante hac remissione, fundatur. *Gylm. Symph. tom. 2. par. 2. vot. 5. n. 1.* Tum etiam quando reus nihil excipit contra jurisdictionis defectum, *Gylm. ibid. n. 2.* sed comparet, & causales pignorationis producit.

30. Item si territorium, vel dominium aliquod immediate, quod per totam Germaniam frequentissimum videmus, ab imperio

p̄rio in feudum recognoscat, in eoq; pignorat̄o fiat contemplat̄ione talium bonorum processus decerni possunt, licet personæ imperio immediate subjectæ non sint.

31. Diximus enim Constitutionem pignorat̄ionis ad interdictum retinendæ possessionis pertinere, at notissimi juris est Clericos in possessorijs forum coram iudice seculari sortiti, *Guid. decis. 1. n. 1. & decis. 85. Myns. cent. 2. obs. 67.* ita ut propter dignitates, & feuda imperialia, quæ possident, non tantum conveniri, sed etiam ipsi ex hac constitutione agere queant, cum ratione regalium, & feudorum imperatori, ratione personæ, & ordinis ecclesiastici pontifici subsint. *Mind. de proc. lib. 1. c. 22. n. 6. 7. 8. 9. Myns. cent. 5. obs. 58.* atq; adeo diversis respectibus diverso jure, & qualitatibus censeantur.

32. Quibus sopitis, non minor dubitatio de civitate imperiali exurgit, an illa pro suo cive, seu incola, qui pignoratus est, recte super hac constitutiōe ad extrahendos processus supplicet? puto quod sic, si modo civitatis principaliter intersit pignorat̄ionem factam non esse.

33. Et si ipse civis ipse incola simul interesse aliquod habeat, una eum civitate immediata in Camera agere poterit, propter vinculum continentiae causarum, quo efficitur ut incapax gaudeat beneficio capacis, *Frid. de proc. lib. 1. c. 34. n. 18. & seqq. & passim lib. 3. process. de continent. caus.*

34. Verum si solius pignorati commodum vertatur, aliter statuendum, tum enim coram ordinario pignoratoris iudice agendum. *Gail. de pign. obs. 6. n. 13. obs. 15.*

35. Quid si autem pignoratus imperio quidem immediate subsit, bona tamen in quibus, vel quorum respectu pignorat̄io facta est; ab alio dependeant: ita ut pignoratus ratione quorundam bonorum sit immediatus, ratione aliorum sit mediat̄us, puta subditus, Landsassius, homo municipalis, an statim in Camera agi queat? videbimus an cum Mindano possimus transigere *lib. 1. process. cap. 34. n. 21.*

36. Contra vero, si mediat̄us in bonis ab imperio immediate dependentibus pignoretur num Camera sit index competens disputatur? Et esse dicimus, modo pignorator sit immediatus: ita

ut ratione talium bonorum pro relaxatione captivorum, vel restitutione pignorum agere liceat: Quia cum territorium, vel bona illa non habeant alium superiorem quam Imperatorem, merito etiam is super pignoratione cognoscit, cum hic non persona sed res trahatur in iudicium *per l. sed et si loci §. si aliter fundus, ibi*: quoniam magis fundo quam personis adjudicari fines, vel partes intelliguntur. *D. de reg. jur. Frid. de pr. d. c. n. 22.*

37. Illud utiq; mirificè ex diversis rationibus, Authoritatibus, præjudicijs, in plenò senatu disputatum, ait *Mynsing. cent. 2. obs. 10. & decad. 3. cons. 26.* quid hoc casu statuendum: Captus est civis, urbs agit pro relaxatione ipsius tamquam sui subditi, mandatum sine clausula decernitur cum citatione ad docendum paritionem, pignorans exceptionem subjectionis opponit, puta, captivum non esse subditum agentis, an hæc exceptio suspendat paritionem? nos stylo hodierno planè negamus. *Gail. de pign. obs. 15. n. 1. id. lib. 1. obs. 78.* sed ad parendum arctius mandatum decernendum, idq; in favorem personæ captæ: Eiusmodi autem exceptionem ad punctum citationis reservandam dicimus *Mynsing. cent. 2. obs. 10.*

38. Quomodo tamen, si exceptio incompetentiæ, rei iudicatæ, banni, sub & obreptionis injunctæ paritioni objiciatur, procedi soleat videre est ex *Denisf. jur. cam. cap. 217. §. 1. 2. & ordine*, refert *Schwann. process. cam. lib. 2. cap. 18. per tot.*

39. Mandatum scilicet per comparitionem in simplicem citationem resolvitur, & si negat narrata u t narrata, vel aliam exceptionem contra jurisdictionem Cameræ, ob defectum cujusdam requisiti *sup. th. 6. 7. 8. & seqq.* objiciat, nec à pignorato, intentio sua in hoc mendati puncto fuerit probata, mandatum, si quod obtinuit, cum expensis cassatur *Gylman. Symph. tom. 2. part. 1. wor. 17. & 18. n. 22.*

40. Atque hæc in re tertia atq; in no cente, non autem litigiofa procedunt, neq; ad personas facinorosas extenduntur, ut hoc casu.

41. Duo super jure meri imperij litigant, unus eorum malefactorem in loco controverso capit, captum vero alter è manibus ducentis eripit, quæritur an illi cui ereptus est criminofus contra eripien-

eripientem mandatum sine clausula ex hac constitutione decerni  
queat? quod licet nonnullis placuerit, nos tamen firmioribus  
adducti fundamentis, negamus.

42. Ratio; quia nulla hic res innocens seu tertia, sed perso-  
na criminosa capta est; cujusmodi casus, uti dictum, in consti-  
tutione nominatim excipitur; *Allen Malcsi sachen aufgenommen/  
part. 2. ord. tit. 22.* nam nec alias causæ criminales in Camera regu-  
lariter recipiuntur *Gail. i. obs. 1. n. 27. Myns. cent. 4. obs. 41. & ibi in addis.  
contra Frid. Mind. disputans Arnold. Reyger/* quem tamen inique Fri-  
derum dextre intellectum, arroderere plane existimo.

43. Obijcitur vero interdum maleficij exceptio contra manda-  
rum, sed malè. Veluti si dicas juste meum subditum pignoratam,  
qui furto ligna ex sylva tua abstulerit, vel contra justum principis,  
in poenam statutam incidendo, venatus sit, vel aliud quid egerit:  
Ego vero cum jus illud faciendi me habere intendam, tu maleficij  
exceptionem, in præjudicium causæ principalis ante litis ingres-  
sum nulliter opponis.

44. Neq; enim maleficij appellatio nimis late interpretanda,  
siquidem multa committuntur ex pertinacia, nequitia, malitia,  
quæ tamen in maleficium non statim incidunt. *Frid. Mind. cap. 37.  
n. 26. lib. 1. qui lib. eod. cap. 9. n. 13.* quænam crimina sint à jurisdic-  
tione Cameræ exempta, *so Leib siraß auff ihm tragen/* explicat.

45. De hac autem quæstione, si quis ob delictum in loco domi-  
cilij à Domino alterius territorij captus & alio traductus sit, an  
locus sit constitutioni? diversæ videntur inter *Gailium de pignor.  
obs. 14. n. 5. & Petrum Frid. Mind. lib. 1. de proc. cap. 37. sententiæ.* Ego  
Fridero pro facta ab eo *ibid. & eod. lib. cap. 9. n. 11.* limitatione ad-  
stipulandum duco.

46. Verum cum hæc pleraq; personas concernant, consequens  
duco pauca de rebus pignori ablatis subijcere.

47. Offert se ergo controversum illud quæsitum: Si jus li-  
gandi in sylva mea quærens arbores succisas pro confirmatione  
novi juris abducatur, an arbores illæ vel ligna sint res tertia, super  
qua mandatum de restituendo pignore impetrare queam? negat  
id *Petr. Frid. lib. 1. pr. c. 36. n. 5. & rectè, quia ligna hoc casu sunt ipsa  
res litigiosa, de qua contenditur.*

48. At



48. At si res partim tertia, partim litigiosa pignoretur, puta si quadriga, sive currus una cum litigiosis lignis abducantur, in deputat. VVormacens. anno 86. ea ratione decisum quod mandatum ad rem solummodo tertiam, atq; innocentem dirigi debeat. Vnd also der Pfander die widerstellung rei ipsius nicht also bald gebotten/ noch ad punctum partitionis gezogen / sondern das streitig vort in vnstreitigen vnterschieden/ vnd allein des wezen parirt werden sol.

49. Multo minus si prædam venationis, piscationis, aucupij in prædio litigioso obvagantem quis capiat locum habet constitutio l. 1. l. 2. 6. de adq. rer. dom. §. fera inst. de rer. divis.

50. At si vivarij illam vel piscinis inclusero, mea est, nec ullo jure mihi auferri potest, & si auferatur, constitutio pignorationis sibi locum vindicat *Schwannm. lib. 1. cap. 12. de pr. cam.*

51. Ponamus: Cervus hortum meum ita integressus est, ut via ipsi in naturalem libertatem redeundi sit præclusa, accedit Titius, cervumq; aufert, ecquid dubij est, camerae jurisdictionem exinde fundari, quod rem meam tam quoad possessionem, quam dominium *Thom. Gramm. decis. 71. n. 7.* atq; adeo innocentem & tertiam ceperit?

52. Siu autem nulla res auferatur, sed propter controversum jus venationis, vel aucupij plagæ, aviaria, retia conscindantur, canes venatorij occidantur, vel propter dubium jus pascendi pecora in flumen, aut limosam paludem fugentur, ut inde pereant, fruges in agro conculcentur, fœnum in flumen conijciatur: item si res non quidem abducantur sed ita includantur, ut earum usus intercidas, quid observetur longum hic foret singula trutinare, ideoq; ad *Petr. Frid. Mind. lib. 1. de proc. cap. 36. n. 9. II. & seqq.* me refero, interim regula sit:

53. Rei in fraudem deterioratæ eadem quæ ademptæ ratio habetor *Densif. jur. cam. cap. 183. §. 13.*

54. Sed quia hæc pleraq; quæ relata sunt, processum mandati respiciunt, necessum putarem inde ad causam citationis procedere, nisi plene illam tractarent *Adr. Gylm. Symph. tom. 2. part. 1. vot. 16. vot. 17. & seq. 18. Gail. de pignor. obs. 21. & seqq. Mynsing. cent. 1. obs. 12. Schwannm. lib. 2. proc. cam. cap. 18 per tot.*

55. Unum tamen atq; alterum movebo. Dicitur supra cum manda-

mandato de relaxando, vel restituendo semper decerni citationem ad docendum se per omnia mandato imperiali paruisse, vel videndum se in pœnam mandato insertam declarari, an ad suspendendam partitionem, & evitandam pœnam rectè opponantur exceptiones declinatoriæ, aut privilegia fori? Neg. cum hæc constitutio concurrentibus requisitis qualitatibus immediate fundet cameræ jurisdictionem.

56. Unde pignorator ad mandatum & citationem in termino præfixo comparere, partitionem primò docere, & causas pignorationis (quas causales in foro appellant) articulatim deducere, & in libello proponere tenetur *Myns. cent. 1. obs. 12.*

57. Et cum constitutio requirat ut pignoratus sit in possessione, vel quasi ejus loci, vel juris, in quo, vel cujus respectu facta est pignoratio, in hoc puncto, possessorium Retinendæ ordinarium plene deducitur *Denais. jur. cam. cap. 183. §. 9.* atq; à judice probationes, quando uterq; se magis possidere contendit, utrinq; recipiuntur *Cylman. Sympb. tom. 2. part. 1. vot. 23. n. 10.*

58. Et si patet Actorem (in hoc puncto citationis pignorans dicitur actor, qui in puncto mandati dicebatur reus) jure pignorasse, tum is pignora restituta, captivosq; relaxatos cum expensis, & damnis recipiat *Myns. decad. 3. conf. 26. n. 10.* salvâ actione principali, utriq; parti suo loco proponendâ *Denais. d. cap. §. 4.*

59. Non autem probatâ à pignoratore possessione, & jure pignorandi, forma pronuntiandi eadem observatur, quæ in interdicto retinendæ possessionis, videlicet pignoratori non licuisse taliter pignorare, & ideo illum in posterum debere ab hujusmodi turbatione, & pignoratione abstinere, eoq; nomine idoneè cavere *Gail. de pign. obs. 23. n. 1.* Sententiæq; annectitur captivos se iterum sistere, vel rem pignoratam restituere non teneri, das die verstrickte in actis benennet sich widerumb einzustellen nicht schuldig / sondern von angezogener verstrickung zu absolviren vnd zu erledigen sein / oder das Kläger die Pfande wider zugeben keines weges schuldig sey. *Reuss. von Pfandungs sachen cap. 23.*

60. Atq; ita processu tam in caussa mandati, quam citationis delibato, quæstionibus exinde dimanantibus excussis, modum, quo restitutio fieri debet, paucissimis cognoscemus.

B

61. Quod

61. Quod si ergo persona capta est illa statim, uti dictum, sine suo dispendio, obhæretgelt relaxanda *Recess. anno 66. §. 127. Als auch im.*

62. Verum, si quidem pro personæ innocentis ob contentiosum aliquod jus captæ, relaxatione non pretium, sed ante impetrationem mandati juramentum de non amplius illud jus exercendo, vel de se iterum sistendo carceri, est exactum, mandatum ex constitutione, quicquid nonnullis contra videatur, pro relaxatione juramenti obtineri posse existimo, quod juramentum hinc loco pignoris exactum, & quasi abductum pro novi juris usurpatione videatur.

63. Et quicquid post captivitatem, vel alimentorum carceris, vel pœnæ nomine erogatum est, id omne integre restituendum. *Mind. de proc. lib. 1. c. 36. n. 19. & seq. Guil. de pign. obs. 15. n. 1.*

64. Id quod in re pignori ablata similiter obtinet, ut non modo sine dispendio sed etiam cum omni damno ac interesse restituatur *Frid. Mind. Guil. d. loc. Reusn. von Pfandungs sachen cap. 18.*

65. Quid igitur si res deterior unâ cum interesse offeratur, an æquior parito jungi debet? oblationi locum relinquendum puto *las. in l. 2. §. mortui n. 8. in fin. D. si cert. pet. cum hoc casu, quod res vel non amplius extat, vel deterior facta est, pretium loco rei succedat Recept. Anno 66. §. da auch die 128. Den. jur. cam. cap. 183. §. 6. i. quia qui pretio D. de usufr.*

66. At si partim rem ipsam tertiam pignoratam adhuc habet pignoraus, partim eam perdidit, partim pro certa pecuniæ summa redemptam restituit, cautela est, ut supplicans in libello disertè etiam pretij restituendi faciat mentionem *Myns. cent. 3. obs. 19. ne tergiversando adversarius rem ipsam quatenus adhuc superest saltem restituat & postea novo, pro pretio, opus sit processu.*

67. Sic ergo statuto, rem cum eo quod interest & cum omni utilitate, quæ ab ea producitur, & non magis ex natura rei, quam ejus usu re destinatione censetur, restituendam *l. præterea 20. l. Iulianus 17. §. idem Iulianus D. de rei vind. Dena. cap. 183. §. 12. Si inter partes de vera rei deterioratæ, vel consumptæ æstimatione contentiosus oriatur, probationesq; super vero valore sint deductæ, de quibus *Guil. de pign. obs. 18. & 22. quæritur, an standum sit pignorati juramento.**

mento, quanti ille in litem juraverit? affirmo- l. si quando C. unde vi  
47 ibi Dd.

68. Ita tamen, ut iudex, ne ex affectione, & jurandi facilitate, non raro etiam contemptu religionis l. que sub 8. D. de condit institut. in infinitum juretur, sententiã præambulã summam æstimationis, ad quam juret, discretè exprimat. d. l. si quando.

69. Unde in Camera certa summa, per interlocutoriam, exprimitur ad quam juramentum æstimationis præstetur. In sachen etc. Die abgepfändere Schaffe belangend ist von Amptswegen erkandt/ wolle vnd möge gedachter Kläger für sich selbst/ oder seinen vollgemechrichten Anwalt einen Eidt zu Gott/ vnd auff das heilige Evangelium schweren/ das er lieber 1000 Gulden / den die abgepfändere Schaffe entberen wolle/ das solches gehört werden/ vnd ferner darauff ergehen sol was Recht ist.

70. Quo juramento præstito, sequenti audientiã sententiã definitiva sequitur, das auff erstatten Eidt zu Recht erkandt / das gedachter beklagter die taxirte 1000 Gulden vor die abgepfändere Schaffe ihm dem Kläger zu entrichten/ vnd zu zahlen schuldig sey.

71. Si tamen ab utraq; parte actus possessorij sint deducti, & probati, ac si causam pignorandi habuit pignorans, nunquam in sumptus & expensas litis condemnatur, sed semper earum fit compensatio *Gail. de pign. cap. 23. in fin.* quod hoc casu non ex proprio furore, & dolo, sed probabili potius ratione, & excusabili causã pignorasse videatur.

72. Sed hoc adeo perspicuum non video, an eò casu, quando res pignorata, ponamus, centum oves sine culpã pignoratoris casu fortuito perierunt, & quod eodem modo erant peritura, etiam si penes Dominum mansissent, iudex in æstimatione faciendã hanc exceptionem debeat admittere?

73. Negat id *Gail. de pign. c. 18. n. 3.* neq; ab eo, hac in parte recedo. Video tamen textus, in quibus exceptio illa fundari videatur: *Recess. Anno 66. §. da auch die 128.* ubi dicitur: Pignoribus culpa, vel negligentia corruptis æstimatio, seu pretium loco rei restituitur: Ergo à contrario posset inferri, si non culpa, sed raro res perierit, æstimationem non deberi, præsertim cum & alibi *Deputat. recess. Anno 1600. §. ob alle schaden 58.* repetatur, ut quod damnum occa-

ne pignorationis factum est, ejus in partitionem aestimatio veniat: Ergo, cum nostro casu non pignorationis occasione, quam Dd. text. operose attendunt, sed fato, & forte fortuito perisse res dicatur, atq; adeo cesset ratio (culpa nim: seu pignorationis occasio) cur aestimatio fiat, nec ipsa aestimatio, seu pretium deberi videtur. At his facile occurreretur, si modo observemus pignoratorem, quod actum prohibitum fecerit, & pignora non statim restituerit, cum id sine omni præjudicio, sub solita cautione (auff gewöhnlich vor sprechen daß wider herauß gebens/ da solches hernach mit Recht erkandt wird/ordinat. cam. part. 2. tit. 22.) facere potuisset, semper in dolo ac mora censeri, atq; adeo vel ob ipsos textus allegatos, ad aestimationem rei teneri, tamen si tantum de culpa pignorationis illi loquantur, cum parum referat, an culpâ pigneratoris, an vero culpa pignorationis damnum evenisse asseramus.

74. De hoc autem, utpote quod nullibi decisum reperi, ambigo, quid dicto casu, quo suppositæ oves non occasione pignorationis, sed casu fortuito, seu Fato interciderunt, an pignoratus salvâ conscientiâ, si vincat, juramentum in litem præstare, & in ullam aliquam aestimationem ratione fructuum, ac interesse jurare possit? Das er lieber so viel tausent fl. dann die abgepfändere Schaffe entraten wolte: Præsertim si probè sciat se non ejusmodi usui eas destinasse quin ipsi perituræ fuissent, earumq; interitus ad eum pertineret.

75. Id quod simpliciter nego. Nam ejusmodi aestimatio præsupponit rem aestimandam: At nos ponimus ejusmodi facti speciem ubi res pignorata casu fortuito perijt, atq; adeo nullos fructus produxit, nec productura fuisset, tamen penes Dominum mansisset, quomodo igitur, & qua conscientiâ fructus, & utilitatem, quæ nunquam extitit, aestimabit? cum non entis nullæ sint qualitates.

76. Adde, si interesse, ac damnum à pignoratore resarciendum tanti aestimat, numne eodem id incidit, ac si dicat, tanti sua interesse pignorationem factam non esse: at vero ex præsupposito nihil ejus interest quoad fructus, und die abmütungen/ utrum facta sit pignoratio, nec ne, cum non pignoratio, sed fatum & casus fortuitus rei interitus sit causa. Ergo, cum nec ipse

ipse pignoratus, tamen si rem retinuerit, ullam magis utilitatem exinde fuisset percepturus, impiè, ac perjurè in litem ratione fructuum, & damnorum jurabit.

*Moniti meliora sequemur.*

## DE ARRESTIS IMPERII.

### THESIS I.

**A**restum barbarum vocabulum notat Petr. Frid. Mind., usu tamen quotidiano in judicijs, & foro per Germaniam receptum.

2. Id quod latino idiomate vertere multi allaborant. Nonnullis dicitur manuum injectio *Gædd. rubr. de sequest. n. 20.* cujus fit mentio in *l. sed si hæc D. de in jus voc. l. pen. D. de serv. expor. l. si quis curialis C. de Episc. & Cler.*

3. Gallis in duplici significatione usurpantur arresta. Primò supremæ cujusdam curiæ sententiæ, consulta, sive placita indicantur *Molin. de cons. paris part. 2.* Secundò incarcerationis quoddam genus denotant, quum manus alicui ex magistratus autoritate, & decreto iniicitur, quo vetatur, ne pedem ex eo loco, quem certum constituit, efferat, quo sensu eorum etymologiam à verbo, arrestet, deducunt. *Hug. Suræus Gallus de arrest. sive placito parl. Tholos. pag. 159.* Germani vulgariter, *In verbett legen / anhalten / zuschlagen / die Güter / oder Personen bestimieren / vnd verbieten lassen.*

4. Quam posteriorem explicationem juri communi non incognitam agnoscimus *l. 2. D. de lib. hom. exh. l. Titio centum. §. Titio centum D. de cond. & demonst.*

5. Male autem bonorum annotationi assimilari posse quibusdam videntur, præsertim si de arrestis Imperij loquamur.

6. Nam annotatio bonorum ideo comparata est, ut si annotatus intra annum non compareat, & se à crimine intentato purget, procedi possit ad publicationem bonorum in contumaciam.

absentis *Gail. de art. c. 1. n. 4. 5. ne crimina maneant impunita. Vvesemb. par. D. de req. vel abs. damnand. n. 2.*

7. Unde hac ratione deficeret Camera jurisdictione, quæ in eo fundatur, ut arresta fiant ex causa civili, non autem criminali, quod fit, quando ob delictum bona absentis annotantur, in effectum, ut probato crimine, fisco addicantur.

8. Nos proinde usitato Arrestorum vocabulo retento, ea in voluntaria sive conventionalia, & necessaria, seu judicialia distribuimus.

9. Voluntaria, quæ constituuntur voluntate, & consensu privatorum *l. 5. §. 1. l. 6. l. 17. D. de pos. atq; ideo licita censentur. l. 1. l. juris gentium. §. prætor ait. D. de pact.*

10. Necessaria, seu judicialia, quæ judicis decreto, & licentia decernuntur.

11. Quæ duplici respectu ita vocantur. 1. quando per sententiam, & rem judicatam in contumaciam non facientis judicatum, imponuntur. 2. quando ad instantiam unius alteri statim absq; causæ cognitione, summarie saltem præmittendâ, à judice imperite, & præcipitanter imponuntur *Gail. de arr. c. 1. per tot.*

12. Unde isthac juris, hac facti dicimus, isthac licita *Mind. de pr. lib. 1. c. 39. n. 9. hæc prohibita pronunciamus Ferrar. in form. seq. seu saxam. n. 3. atq; adeo statim judicis decreto relaxanda: cum quæ de facto fiunt, nulla exceptione justa defendi queant l. 1. §. de niq; D. quod vi aut clam. sed statim de facto tolli, & revocari debeant Bald. in l. si pacto quo penam n. 2. C. de pact. l. 1. ibid. n. 9.*

13. Atque de his arrestis posterioribus constitutio Imperij Anno 1570. proprie erecta est.

14. Contra quam fieri dicuntur, si quis immediatus, alterius immediates, subditosve, eorumne bona arrestaverit, nec arrestum, oblata cautione idoneâ judicio sisti, & judicatum solvi, relaxaverit *Dehais. jur. Cam. cap. 184. §. 1.*

15. Id vero cum omni ratione prohibitum sit, recte hac saluberrima constitutione ejusmodi facti arresta, mandato sine clausula, cum citatione ad docendum, vel videndum, rescinduntur, ita tamen, ut certa accedant requisita, quæ Camera jurisdictionem

nem ad mandatum decernendum fundent, quæ in his tribus potissimum consistunt.

16. I. ut tam arrestatus, quam arreftans imperio immediate sit subiectus: bonorum immedietatem non exigo.

17. II. ut sit causa civilis, & ab omni obligatione libera.

18. III. ut arreftatori oblata sit idonea cautio auff angebotene gebürliche caution; vel ut in supplicatione proponat arrestatus se paratum esse in continenti idoneam cautionem præstare, ita tamen, ut hoc casu, si dubitetur an satis idonea sit, decretis, seu mandatis clausula; auff vorgehende gnugsame würckliche caution, inferatur *Dem. d. c. § 8.*

19. Quibus deductis, mandatum sine clausula decernitur. Puncto partitionis in Camera summarie expedito, causa principalis ad forum ordinarium, seu austregas remittitur. Nach bescheyter partition sol die Hauptsach / darumb der Arrest angelegt / an ordentliche Rechte außzuführen remittirt werden. *d. const. anno 70. §. wann auch die arrests. nam cognoscere de eo, an licite arrestum, seu impedimentum factum sit, nec ne, altiore indagationem requirit, ideoq; in Camera in hoc summario relaxationis iudicio ventilari non debet per l. in hac actione §. ibidem subiungit D. ad exb. Bartol. ibid. n. 1. & l. 1. §. parui refert & §. seq. D. quod vi aut clam. Nisi causa illa recta ad Camera pertineat. Schwann. proc. cam. lib. 1. c. 13. n. 5.*

20. Unde processus hic differt à processu pignorationis, quod sit unicus saltem, & simplex, mandati nimirum, iste vero bipartitus: Mandati, & Citationis.

21. Juxta primum requisitum variatur, an in Constitutione nostra tam ex immedietate rerum, de quibus lis est, quam ex immedietate personæ, quis immediatus cenferi debeat, quoad impetrandos processus.

22. De quo dubio, cum adhuc à statibus Imperij nihil certi sit decisum, & nos illud in suspenso relinquimus.

23. Verum, si mediatus aliquis principaliter arrestum faciar, immediatus opem præstet, vel occasionem det, an contra hunc ex Constitutione agi poterit? & posse videtur, per l. si quis uxori in princ. & §. si quis de manu D. de furt. l. qui occidit §. fin. ad l. aquil.



24. An vero per solam scientiam immediati, qui non prohibuit, cum potuisset, locum habeat Constitutio?
25. Quod si nomine, & respectu ipsius immediati arrestum factum est, ex scientia, quod non prohibuerit, tenebitur *l. 3. l. seq. D. de nox. act. l. adigere D. de jur. patr. Frid. Mind. de pr. c. 38. n. 8. lib. 1.* ita tamen, ut hujus, si neget, scientiam probare arrestatus teneatur.
26. Secus si alterius nomine, & respectu factum est impedimentum: quod enim inter alios agitur, alteri, tametsi ejus scientiam habeat, nocere non debet. *l. inter alios D. de reg. jur.*
27. Quæ de pignorationibus, supra, *th. 23. 24. cum seqq.* retulimus, eadem circa hanc quæstionem, utrum Dominus pro subditis, & civitas imperialis pro cive ad relaxationem arresti agere possit? observanda putamus.
28. Verum si ipsi subditi aufugiant, quin à Domino bonorum ipsorum impediri, atq; ipsi ubivis locorum apprehendi possint, dubium non est *Gail. de arr. c. 8. n. 13. 14. 15.*
29. Tantum enim regulariter abest ut ipsis in præjudicium Domini locum mutare liceat, ut etiam in hos, qui habitatione, & tecto malitiose illos recipiunt, pœna fractæ pacis animadvertatur. *ord. cam. par. 2. tit. 16. Const. crim. Carol. 5. art. 128.*
30. Sed an propria auctoritate illos Domino apprehendere, & antiquis penatibus restituere concedatur, quæstionis est? distinctione affirmo cum *Gail. de arr. c. 8. n. 17.*
30. Sequitur secundum requisitum, ut sit causa civilis: criminales enim regulariter in camera non recipiuntur, nisi ratione principaliter intentatæ nullitatis *part. 2. ordm. tit. 25. §. 1.*
31. Si tamen ex delicto impedimentum rei imponatur, non arrestum, sed bonorum potius annotatio dici meretur, per trad. *VVes. par. D. de req. vel abs. damn.*
32. In dubio vero si bona arrestentur antequam de delicto confet, vel probatio criminis clara sit, & præsumta, mandatum super hac constitutione decernendum existimo. *Frid. de pr. lib. 1. c. 40. n. 2.*
33. Præsertim si oblatio idoneæ cautionis præcesserit; quam tamen hoc casu, ubi delictum quidem animadversione dignum
- com-

commissum, arrestum autem ab illo fiat, qui jurisdictionem nulla ratione in delinquentem fundatam habet, utilem ad mandatum super constitutione obtinendum, quispiam dubitet?

34. Puto illam oblatam, vel in continenti offerendam, exceptione delicti non obstante, mandato impetrando fenestram aperire, absq; jurisdictione enim nulla est criminis, exceptâ causâ fractæ pacis, coercitio *Schurf. cent. 3. conf. 15. n. 7.*

35. Secus in causis obligationi obnoxij: in his enim exceptio obligationis mandatum omnino, vel si sub & obreptitiè obtentum sit, ejus effectum, & partitionem impedit.

36. Ut in rebus tributarijs, vel censualibus factum arrestum, non via mandatorum, sed solutione ejus quod debetur, tolli debet.

37. Proinde si accidat, ut Nobilis aliquis, vel Baro Imperii habeat bona principi alicui tributaria, quæ si ob non solutam pensionem impediuntur, & mandata desuper impetrentur, ea, per exceptionem non soluti census elidentur.

38. Eadem ratio in re hypothecata, in qua si fiat impedimentum ab eo, cui hypothecata est, constitutio vim non habebit, sed contra mandatum dabitur exceptio hypothecaria *Ferrar. in form. sequelt. vel saxam. gloss. relaxando.*

39. Dixi enim, ut mandatum impetretur, necessum esse, ut res ab omni obligatione sit libera. Obtineat ergo regula:

40. Omnia arresta quæ fiunt ratione contractus, confessati, rei judicatæ, conventionis, pacti, transactionis, consuetudinis, privilegij, licita sint *Recess. Anno 1594. §. vnd soviel die 89. Den. jur. cam. cap. 148. §. 5.*

41. Ergo si mandatum contra illa extraxeris, id per exceptionem debiti, confessati, rei judicatæ &c. penitus annullabitur.

42. Quid autem, utrum & hoc casu exceptio obligationis opponi poterit, quando civitas cives suos, eorumve bona ita obligavit, ut in defectum solutionis ubiq; locorum apprehendi, & arrestari possint?

43. Quæ controversia, ex hac nobili questione sopitur: utrum talis obligatio de jure valeat? quod adhibita distinctione cum.

C

Frid.

*Frid. Mind. d. lib. cap. 48. n. 3. & 9. afferro, & per consequens exceptio-*  
*nem obligationis admittendam ajo.*

44. Id vero nulla ratione approbandum, cum plerisque Dd. dixeris, ut quispiam alterius, qui ipsi obligatus non est, bona propterea sistat, & arrestet, quod forte ejus comprovincialis, vel concivis debitum solvere iniquè distulerit, & hujus magistratus justitiam, non compellendo ad solvendum debitorem, denegaverit.

45. Quippe quod aperti juris sit, neminem alterius odio debere prægravari *l. si quis in suo §. leg. C. de inoff. test.* neminemq; præstare debere id, quod non accepit *l. 78. D. de legat. l. imò nec uxorem pro marito, nec filium pro patre, multo minus civem pro concive teneri, & conveniri posse.*

46. Ego tamen id licere, repressaliasq; ad hominum in contrahendis debitis licentiam, in non solvendo iniquitatem, & ad extranei magistratus ad scelera, & fraudes suorum conniventiam refrenandam, sustineri posse cum *Myns. cens. 6. obs. 1. Petro Frid. Mind. lib. 1. pro cap. 49. existimo, tamen si eruditè dissentiat. Guil. de pignorat. obs. 2.*

47. Ut, si tu mihi debitum per chirographum, instrumentum, rem judicatam liquidum exigenti non solvas, magistratusq; tuus imploratus, & requisitus justitiam denegat, mihi liceat convicari, concivis, comprovincialis tui bona, judicis tamen, non propria autoritate, sistere, & retinere, donec is domi apud magistratum suum effecerit, ut justitia administretur, & tu, tamquam principalis debitor, ad solvendum compellaris.

48. Ita tamen, ut hoc modo pignoratus, non modo te, tamquam debitorem principalem, cujus occasione fuit exactus *Rosfred. Beneventan. quest. Sabitar. 22. sed & magistratum tuum, qui justitiam facere neglexit, obligatum habeat. Bart. q. fin. n. 1. & 2. & quest. 4. n. 13. per legem si quando C. de testam. l. si judex D. de extraord. cogn. Vivius lib. 2. opin. 35.*

49. Sed his diutius non immorandum. Ideoq; ad propositum redeundo, quæstio illa multum agitata, paucis & nobis examinanda occurrit: Si status Imperij in arrestatum, neq; ratione contractus, nec domicilij, nec rei arrestatæ nomine jurisdictionem

nem.

nem habeat, sed transeundo solum in territorio arrestantis reperiatur, & ad instantiam alterius manus in illum injiciantur, num arrestans, ex constitutione hac, mandato sine clausula, ad relaxationem arresti adigi possit, an vero arrestatus potius remedio appellationis necessario uti debeat, quasi arrestans jure magistratus tertio imploranti officium suum sit impertitus? hæreo.

50. Mandatum decernendum negare videtur *Frid. Mind. d. lib. 6. 40. n. 8.* nos tamen fundata cameræ jurisdictione affirmativam propugnabimus, per *Deput. recess. Anno 1600. S. wann sich. Denais. jur. cam. cap. 184. §. 11. Schwann. proc. cam. c. 13. n. 6. lib. 1.*

51. Modo cætera aptè quadrent *Den. d. loc.* & idonea cautio offeratur.

52. Quæ cum triplex sit: juratoria, pignoratitia, fidejussoria, quin hæ duæ posteriores idoneæ sint, nullus ambigit *l. 1. de fidejuss. VVesemb. par. D. qui satisd. cog. n. 2. junct. n. 4.*

53. De priori, seu juratoria dubitatur. Ego & hanc sufficientem existimo, per ea, quæ de sequestro tradit *Myns. cent. 2. ob. 11.* si offerens non suspectus sese fidejussores idoneos non posse invenire, nec pignora habere deberet. per trad. *VVesemb. par. D. d. loc. n. 10. lit. E.*

54. Atq; ita cautione, qualis qualis sit, modo idonea sit, oblata, ipso jure tollitur arrestum.

55. Ergo, si arrestator adhuc relaxationem impedimenti distulerit, in dolo, & mora constituetur *l. in re D. de cond. furt. l. fin. eod.*

56. Atq; adeo in usuras, damna, expensas, in id quod interest à die oblata cautionis damnabitur *Denais. jur. cam. cap. 148. §. 10. Schwann. de proc. lib. 1. c. 13. n. 3. Gylman. symph. tom. 2. part. 1. vol. 24.*

57. At cur non à die facti arresti? ratio, quod à tempore oblata cautionis primum culpa arrestatoris allegari queat: *Sinckmahl* es in des arrestirten gelegenheit siehet/ die caution fürderlich zu leisten vnd zu offerirn, & cum constitutio ad relaxationem impedimenti, cautionem requirat, si arrestatus hanc offerre differat, nulla mora arrestatori, sed potius arrestato imputabitur, eò, quod non fecit quæ ex constitutionis præscripto eum præstare oportuit, & sic legem imperij non adimplevit.

58. Licet igitur adeo necessarium non sit, ut ad mandatum pro relaxatione obtinendum cautio jam oblata doceatur, modo in supplicatione actor sese illam in continenti prestare paratum ajat.

59. Tutius tamen est, ac consultius, ut ante supplicationem offeratur, sic enim in mora eò citius constituitur arrestans.

60. Concludat quaestio, quomodo igitur cautionis oblatio probanda? per confectum à Notario instrumentum quidam arbitrantur. Ego id de necessitate requiri non video. *Recess. anno 1594. §. 92. dergleichen. cum nudis narratis credatur donec contrarium probetur d. §. dergleichen.* In arrest sachen sollen proces erkandt werden/ ob gleich kein documentum, oder vrfundt angebotner caution vorbracht werde/ sondern gnugsamb sein/ das in supplicatione pro mandato narrirt, vnd angezeigt/ solches zuvor geschehen/ vnd noch gegenwertiglich offerirt, vnd angebotren werde. At si, quæ offertur, dubitetur num idonea sit, vide clausulam, hoc casu, mandato inferendam sup. th. 18.

## AUCTARIA.

1. *An in successione regni, & principatus præferatur patruus, an vero nepos ex primogenito filio? posterius placet.*

2. *Gravis est inter feudistas controversia: An filia in feudi successione per masculum semel exclusa, perpetuo censeatur exclusa? id quod contra communem affirmativam, negamus.*

3. *Nec minus nobilis est disceptatio, si soli fratrum liberi extant, utrum defuncto patruo*

TRUO

truo in capita, an vero in stirpes succedant? prius defendemus.

4. Utrum filius, vel agnatus possit retinere feudum, repudiat à hereditate, & si succedat, num teneatur ex obligatione defuncti. Filium non posse succedere quin teneatur, putamus, quoad agnatum, distinctione adhibita respondebimus.

5. An beneficium emigrandi subditis intuitu religionis Const. pac. relig. Recess. Anno 1555. S. wo aber vnser 24. indultum, sit necessitatis? quod negant pleriq, per verba: Wo aber vnser / auch der Churfürsten / Fürsten vnd Stände Vnterthanen ihrer Religion wegen / mit Weib vnd Kind an andere ort ziehen vnd sich nieder thuen wollen / denen sol solcher ab / vnd zuzug bewilligt / vnd zugelassen sein / qua verba cum non precise necessitatem importent, puto si velint placide vivere maneat, si velint publicum religionis exercitiū habere, idq, magistratus nolit concedere, necessario emigrent. Mens enim constitutionis est, ut aut placide vivant, (nam publicū religionis exercitiū introducendi potestas, privatis non conceditur), aut emigrent,

grent, & quatenus nolunt, quiete, & placide vivere, emigratio necessitatis est: quemadmodum si quis pro imperio mandet, ut hoc, aut illud faciam, unum quidem vel facere, vel rejicere voluntatis est, at dum id rejicio, alterum statim fit necessitatis. Exemplum in l. quæ sub conditione §. quoties 6. D. de condit. instit.

6. Num Cancellarij, ac Consiliarij Principum sint Nobiles? De consiliarijs summi principis dubium non est, cum enim Anton. Fab. Cod. de dign. aurigas, & coquos ejus nobiles esse asserat, ecquis de consiliarijs ambigat? Aetiologia est, quia Nobilitatem conferre est regale, quod ut cetera omnia, exercetur vel expresse, vel tacite. Tacite & tunc, quando quis in sacratissimum cesarei palatij catum tamquam consiliarius adoptatur, ex hac adoptione tacita cesaris in dignitate conferenda presumitur voluntas. At de consiliarijs Principis Imperatore inferioris, seu Ducis num idem sit judicandum, non omnium eadem mens est, mihi idem de his, quod de Imperatorijs statuendum videtur. Nam si medium concludendi in eo versatur; Is est nobilis; quia in aulam Cesaream  
tam-

tamquam Consiliarius est adoptatus & si ex  
hac adoptione praesumitur tacita Caesaris in no-  
bilitando voluntas, cur non in alio cujuscunq;  
Principis Consiliario idem concludam? cum  
ex eadem ratione (in aulam adoptione) eadem  
in hoc, qua in Imperatore voluntas (nobilitate  
conferendi) recte arguatur, praesertim cum huic  
aeque in suo territorio, quam Imperatori in Im-  
perio nobilitandi potestas attribuatur. Cum  
igitur, quando duo sunt, qui potestatem regalia  
conferendi habent, unus non alio modo ea con-  
ferre possit, qui non itidem & alteri competat,  
sed quomodo ab uno, ita & ab altero exerceri  
intelligantur, recte infertur: Imperator ali-  
quem in aulam receptando, & ad consilia casa-  
rea adhibendo, tacite eo ipso nobilitare cense-  
tur. Ergo & alius Princeps aliquem in consi-  
liarium assumendo, nobilitatem ipsi conferre in-  
telligitur, nisi de voluntate contraria expresse  
constet. Nec parum movet, quod passim in  
Recess. Imp. ab ipso Imperatore, & statibus  
ejusmodi consiliarios in classem Nobilium re-  
ferri videam. Recess. de anno 1530. Recess.  
Anno 1548. tit. vom Adel.

Verti:



Vertitur autem hujus quaestionis utilitas  
in eo, ut alias controversias exinde determi-  
nem: Vtrum statutum de Nobilibus disponens  
etiam consiliarios principis concernat? Et  
utrum hi omnibus Nobilium privilegys gau-  
deant? Et c. At in plura non erumpo, sed suf-  
ficiat eam breviter hac vice proposuisse, Et in  
ipsa disputationis collatione prolixius venti-  
lare.

#### DUB.

Vtrum Calvinista sub constitutione Impe-  
rij de pace religionis comprehendantur, Et  
omnibus ejus privilegys in imperio gaudeant?

#### PARADOXA.

1. Ex legitimo matrimonio potest nasci spu-  
rius l. 25. de capt. & postl. rev.
2. Fus etiam reddere dicitur, qui injuste  
agit. l. 11. D. de just. & jur.

UNI LAUS SUMMA  
JEHOVAE.





Vertitur autem hujus quæ-  
stionem, ut alias controversias e-  
nem: Vtrum statutum de Nob  
etiam consiliarios principis c  
utrum hi omnibus Nobilium  
deant? &c. At in plura non  
faciat eam breviter hac vice pr  
ipsa disputationis collatione p  
lare.

DUB.

Vtrum Calvinista sub con-  
dij de pace religionis compreh  
omnibus ejus privilegij in imp

PARADOX.


1. Ex legitimo matrimonio  
rius l. 25. de capt. & postl. res
2. Jus etiam reddere dici  
agit. l. 11. D. de just. & jur.

UNI LAUS SUM  
JEHOVÆ.









the scale towards document

onsiliarius est adoptatus & si ex-  
e praesumitur tacita Caesaris in no-  
luntas, cur non in alio cujuscunq;  
onsiliario idem concludam? cum  
tione (in aulam adoptione) eadem  
a Imperatore voluntas (nobilitate  
recte arguatur, praesertim cum huic  
erritorio; quam Imperatori in Im-  
tandi potestas attribuatur. Cum  
do duo sunt, qui potestatem regalia  
abent, unus non alio modo ea con-  
qui non itidem & alteri competat,  
o ab uno, ita & ab altero exerceri  
r, recte inferitur: Imperator ali-  
am receptando, & ad consilia casa-  
do, tacite eo ipso nobilitate cense-  
& alius Princeps aliquem in consi-  
mendo, nobilitatem ipsi conferre in-  
si de voluntate contraria expresse  
Nec parum movet, quod passim in  
ab ipso Imperatore, & statibus  
onsiliarios in classem Nobilium rem-  
m. Recess. de anno 1530. Recess.  
2. tit. vom Adel.

Verti-